



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Autoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 515. Ex quibus delictis & qualiter oriatur ab irregularitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73982)

2. Bonac. de irregul. d. 7. p. 5. n. 2. Castrop. n. 9. ex ea ratione aliquoties allata: quod non contrahatur irregularitas, nisi in casibus in jure expressis, in jure autem expressum non fit, incurri illam in dubio facti extra casum homicidii, quodque nemo teneatur privare se libertate suâ, nisi quis lege aliquâ ad id cogatur, nulla autem existeret lex privans delinquentem dubium libertate suscipiendi Ordinis, nisi in casu homicidii dubii. Neque his obstat potissima ratio sententiæ oppositæ, nempe in dubiis sequendam partem tutiorem; nam est, Pontifex innitatur illi, non tamen innititur illi tanquam principio necessarîo observando, sed tanquam principio, quod observari maximè decet, quod licet communè sit aliis materiis omnibus, utpote continens consilium prudentissimum, quia tamen in irregularitate homicidii efficacius procedit propter indecentiam specialem, quam secum in clericis affert homicidium, ideo Pontifex disposuit, ut in dubio homicidii censeatur quis irregularis, quam dispositionem ad alias materias non extendit, ita cum Sauch. l. 2. de matrim. d. 41. n. 9. Castrop. l. c. n. 10.

Quæst. 514. Num irregularitas incurrat ab ignorante eam annexam delicti?

Resp. In eo non convenire AA. siquidem id negant Innoc. in c. à nobis de sent. excom. Nav. in man. c. 17. n. 274. Philarch. de off. Sacerd. p. 1. l. 3. c. 4. Bonac. de centur. q. 2. p. 1. n. 13. apud Wiestn. b. t. n. 46. ex ea ratione, quod irregularitas ex delicto, eo ipso quod obliget ad executionem sui, sit delicti pœna omnino extraordinaria, quæ ab ignorante non incurritur, cum exigat consensum saltem tacitum in culpam, adeoque & notitiam præviam illius, prout tali pœnæ subita, Arg. c. fin. de consti. in 6. & c. proposuisti. dist. 82. quorum priore censura, posteriore depositio non incurritur ab eo, qui has pœnas delicto per legem ecclesiasticam impositas ignorat. Contrarium tenent Suar. de cens. d. 40. s. 5. n. 9. Valq. de excom. du. 16. Castrop. l. c. p. 6. n. 3. Hurtad. diff. 8. n. 29. Avil. d. 1. du. 7. concl. 2. Wiestn. b. t. n. 46. eò quod aliud sit de irregularitatibus in hoc puncto, quam de censuris aliisque pœnis, cum irregularitates non sint medicinales, uti censura, nec puræ pœnæ, qualis est depositio, sed quædam inhabilitates, ob sacri ministerii honorem & reverentiam certis delictis constitutæ à jure removere tanquam indignos, qui se talibus voluntariè inquinant, adeoque incurri possunt ab ignorantibus eas tali delicto statutas. Et certè, si ad irregularitatem necessarium esset cognoscere eam annexam delicto, jam homicida id ignorans libere ad Ordines promoveri posset, quod falsum esse, vel ex eo confirmatur, quod Judex etiam juste reum tradens morti illam incurrat, etsi nesciat eam annexam huic suo facto, adeoque multò magis occidens aliquem injustè.

Quæst. 515. Ex quibus delictis & qualiter oriatur irregularitas?

Resp. ex sequentibus: Primò ex rebaptizatione scilicet, scienter, & saltem solenniter seu publicè facta incurri irregularitatem à rebaptizante, cum communi tradunt Bonac. de irregul. d. 7. q. 3. p. 3. n. 1. & 2. Laym. l. 2. ir. 5. p. 5. c. 2. n. 1. Hurtad. de irregul. d. 2. diff. 1. Suar. Tom. 3. in 3. p. d. 31. s. 6. vers. sed ad hæc. Cönninck. d. 18. du. 5. à n. 34. Avil. p. 7. de irregul. d. 7. l. 7. du. 1. Nav. cit. R. P. Leuw. Jur. Can. Lib. 5.

c. 27. n. 246. Castrop. l. c. p. 16. n. 1. Idem de ministrante ex officio rebaptizanti dicitur. c. ex literarum de apostatis. & juxta illud AA. jam citatis, quam tamen irregularitatem contractam à ministro non esse absolutam & totalem, cum non privet usu & exercitio Ordinis habitus, sed solum susceptione ordinum necdum habitorum, & ascensu ad Ordines superiores, ut dicitur cit. c. ex literarum, & tenent AA. jam citati. De cætero dixi tamen primò: scienter facta; quia eam non incurri à rebaptizante illum, quem probabiliter credebatur non esse baptizatum, cum dici nequeat iteratò factum, quod factum ignoratur. c. unic. de Clerico per saltum promot. ac ideo quamlibet ignorantiam ab hac irregularitate excusare, modò non sit crassa & supina, quia ad eam incurrendam requiritur dolus seu culpa lata, tenent Bonac. cit. p. 3. n. 3. Laym. cit. c. 2. n. 1. Castrop. l. c. n. 4. quamvis tamen illam evitari etiam ab iis, qui temerè sine ulla præmissa diligentia in veritatem inquirendi rebaptizant sub hac conditione: si non es baptizatus: probabilius sentiant Nav. l. c. Laym. l. c. vers. 4. Suar. l. c. s. 6. du. 5. Avil. l. c. du. 3. Bonac. l. c. n. 4. Hurtad. l. c. Castrop. l. c. n. 5. Cönninck. l. c. n. 38. & alii apud illos, eò quod vi illius conditionis appositæ actu suspenso ablutio illa exterior non sit rebaptizatio, ideoque non subjecta irregularitati, contrarium tamen affirmantibus Soto in 4. dist. 3. a. 9. Ugol. de irregul. c. 35. §. 3. Sayr. l. 7. c. 8. n. 23. eò quod velint conditionem illam haberi pro non adjecta. Porro extendi hanc irregularitatem, etiam arcentem à susceptione Ordinum eorumque susceptorum usu non tantum ad culpabiliter ignorantes se baptizatos, sed inculpabiliter ad ignorantes, & sine culpa permittentes se rebaptizari, docent S. Antonin. 3. partit. 14. c. 11. §. 12. Palud. in 4. dist. 6. q. 4. a. 1. concl. 2. Sylv. v. baptism. 5. q. 3. Vivald. ir. de irregul. n. 40. Majol. l. 3. de irreg. c. 14. verum tamen contrarium communius tradunt Sorus, Nav. L. L. cit. Castrop. n. 8. Suar. in 3. p. d. 31. s. 6. & de cens. d. 42. s. 1. n. 10. Valent. Tom. 4. p. 7. d. 19. p. 3. §. 5. Sayr. l. 7. thes. c. 8. à n. 8. Sa. v. irreg. ex uerat. Avil. l. c. Laym. l. c. juxta c. placuit. & c. qui apud. 1. q. 4. Dixi secundò: facta saltem solenniter seu publicè; nam, ut contrahatur irregularitas ex hac reiteratione maximè in rebaptizante, sufficere, rebaptizationem esse occultam, tenent Host. in cit. c. ex literarum. Sayr. l. c. n. 6. Bonac. l. c. n. 9. Cönninck. l. c. n. 36. Henriq. l. 14. c. 4. n. 5. Avil. l. c. d. 7. du. 1. eò quod c. qui in qualibet 1. q. 7. & C. qui bis, nullatenus publicitas criminis iterationis requiratur, unde Abb. in c. ex literarum. n. 1. Sylv. v. irregularitas 9. q. 4. Laym. Hurtad. aliique apud Castrop. l. c. n. 3. absolutè docent irregularitatem à rebaptizante, non contrahi iteratione baptismi occultâ, ex qua si contraheretur, in ea dispensare potest Episcopus vi Trident. sess. 24. c. 6. de reform. dum aliàs, si publica est, spectato jure communi in ea solus Pontifex dispensare potest, Bonac. l. c. d. 7. q. 3. p. 3. à n. 9. Sayr. l. c. Castrop. l. c. n. 14. Et hæc de irregularitate orta ex iteratione baptismi locum non habere in reiteratione aliorum sacramentorum imprimendum characterem, puta confirmatione & ordine, verius docent Sylv. v. irregularitas. 9. q. 4. Palud. dist. 7. q. 2. a. 1. concl. 2. Scotus in 4. dist. 5. q. 5. Laym. l. c. c. 2. circa finem. Filliuc. ir. 19. c. 7. q. 1. Reginald. l. 30. ir. 2. n. 178. Bonac. de irregul. d. 7. q. 1. n. 7. Sayr. l. 7. thes. c. 8. n. 28. Covar. Clem. si furios. 1. p. in pr. n. 8. vers. sed & Castrop. cit. p. 16. n. 13. & alii apud illum, contra.

trarium tenentibus Host. in sum l. 1. de sacram. non iter. §. fin. n. 12. Archid. in c. dictum de consecrat. dist. 5. Gl. ibid. v. amplius. Majol. l. c. c. 15. Nav. l. 1. consilior. tu. de temp. ordin. consil. 36. &c.

2. Secundò contrahitur ex indebita & illicita ordinum susceptione, v. g. suscipiendo illos furtivè, qualiter c. 1. de eo qui ordinem furtivè suscep. qualiter furtiva ordinatio, & inde secuta irregularitas propriè contingit, saltem quò ad Ordines superiores suscipiendos, si quis sine approbatione & admissione Episcopi, & non vocatus se aliis ordinandis ingerit, vel usurpato nomine alterius personæ examinata & adprobata ad ordines illius locum occupat; secus est de iis, qui sine dimissoriis, sine titulo, non servatis interstitiis, sine legitima ætate ordines sacros suscipiunt, cum hi potius suspensionem quàm irregularitatem incurrant, & ita docent Laym. de irreg. c. 3. n. 1. Sayr. l. c. c. 9. n. 37. Suar. cit. d. 42. f. 3. n. 5. Hurt. d. 2. diff. 1. n. 3. Castrop. l. c. p. 17. n. 1. Bonac. d. 7. q. 3. p. 4. n. 6. &c. idem est de iis, qui ordines sacros non suscepto sacramento confirmationis suscipiunt, uti docent Ugol. de irregul. c. 38. §. 1. Suar. in 3. p. d. 38. p. 4. n. 8. Bonac. l. c. n. 8. Henriq. l. 14. c. 6. n. 3. Castrop. l. e. n. . . . contra Majol. l. 4. de irreg. c. 11. n. 9.

3. Tertio incurritur à suscipiente sacros Ordines post matrimonium contractum extra casus à jure permisos, Extrav. antiqua concertationi. de voto, in qua irregularitate solus Papa dispensare potest, nisi postmodum religionem approbatam ingressus fuerit, & in ea laudabiliter aliquo tempore vixerit, uti cavetur in cit. extrav. vel nisi hoc delictum occultum fuerit, tunc enim in ea dispensare potest Episcopus.

4. Quarto ab exercente feritò, solenniter & ex officio ordinem, quem non habet, c. 1. de clerico non ordinato ministr. Secus est de exercente illum per jocum & ludum ad historiam aliquam representandam, cum tunc non censeatur exercere ordinem, sed representare exercitium ordinis, quod etiam secluso rerum sacrarum contemptu licitum est. Suar. cit. d. 42. f. 4. n. 16. Sayr. l. c. c. 10. n. 1. Bonac. l. c. p. 6. n. 1. Castrop. l. c. p. 18. n. 1. & 2. &c. secus quoque est de exercente illum non solenniter, qualiter minores Ordines communiter exercentur à non ordinatis istis Ordinibus, & sæpe in missa solenni cantatur ab iis cum Dalmatica sine manipulo & stola. Sic itaque irregularis efficitur, qui in solenni missa contra privilegium aut consuetudinem destitutus illis Ordinibus cantat epistolam cum manipulo, vel Evangelium cum stola. Bonac. l. c. Sayr. l. c. n. 3. Navar. c. 27. n. 232. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 3. n. 1. Sylv. l. c. n. 14. &c. Sic irregularis est non-Sacerdos solenniter baptizans, quia Baptismus solenniter ministratus est usus & exercitium Ordinis sacerdotalis, juxta cit. c. 1. de cler. non ordin. ministr. Secus est de baptizante non solenniter. Nav. l. c. Castrop. l. c. n. 4. Henriq. l. 2. de baptismo c. 19. à n. 2. Avil. p. 7. d. 9. du. 14. Bonac. l. c. n. 5. idem est de non sacerdote conficiente Eucharistiam, ministrante ordinem, confirmationem, extremam unctionem, quia sunt exercitium ordinis; secus est de non-patocho assistente matrimonio, quia hæc assistentia non est actus ordinis, sed jurisdictionis, propter cujus non habitæ usum non incurritur irregularitas. Suar. cit. d. 42. f. 4. n. 19. Hurtad. de irreg. d. 2. diff. 2. n. 5. Castrop. l. c. n. 5. Idem est, seu incurritur irregularitas à non-sacerdote absolute sacramentaliter. Nav. Suar. Laym. cit. Castrop. l. c. n. Sayr. l. c. n. 5. Henriq. &c. contra Sylv. v. confessor. n. 1. Ledelm. quibus favet Avi-

la, hæc enim absolutio quantumcunque secreta, est exercitium ordinis sacerdotalis. Porro num ordinibus destitutus exercens & ministrans de cetero etiam solenniter dictos ordines & sacramenta, sine intentione tamen usurpandi usum ordinis evadat irregularis, in eo non conveniunt A.A. negant id ipsum Nav. l. c. Avil. l. c. f. 2. du. 13. Hurrad. l. c. Bonac. l. c. d. 7. q. 3. p. 6. n. 2. eo quod carens eâ intentione non exerceat, etiam quantum est de se, officium sacro ordini annexum, utpote quale non est simulatio illa, seu actio externa destituta internâ intentione, cum non baptizet, absolvat &c. contrarium, seu talem adhuc fore irregularem, ut putant, veriùs affirmant Suar. l. c. n. 18. Laym. l. c. Coninch. d. 18. du. 6. n. 47. Castrop. cit. p. 8. n. 8. similiter in eo, num hæc irregularitas afficiat solos clericos, exercentes ordinem, quem non habent, A.A. non conveniunt, negant Nav. l. c. Sylv. v. irregular. q. 13. Suar. de cens. d. 42. f. 4. n. 3. Filliuc. tr. 20. c. 7. q. 8. n. 208. Majol. l. c. e. 13. n. 4. Coninch. l. c. n. 45. Avil. l. c. du. 10. Valent. &c. ex ea ratione, quod c. 5. de cler. non ordin. ministr. generaliter statuatur, ne ordinetur, qui, cum ordinatus non esset, baptizavit, officiumve sacrum exercuit, adeoque comprehenderentur non ordinati seu laici, quod etsi probabile dicant; contrarium tamen, quòd soli clerici afficiantur hac irregularitate, astruunt Laym. l. c. n. 3. Sayr. l. c. c. 10. n. 6. Henriq. l. 2. de baptis. c. 29. n. 5. Castrop. l. c. n. 10. ex ea ratione, quòd, etsi c. 1. de Cler. non ordin. ministr. loqui videatur generaliter, habeatur tamen sub tit. de Cler. non ord. ministr. quo satis indicetur, hanc irregularitatem statutam pro solis clericis.

5. Quintò: irregulares sunt hæretici, apostatae à fide, Schismatici. c. convenientibus. c. saluberrimum. 1. q. 7. c. quicumque. de hæret. in 6. idque etiam de hæreticis non secus ac de excommunicatis occultis tenent Pegna. director. inquisit. 3. p. comment. 162. q. 113. Nav. l. c. n. 205. vers. terr. Suar. l. c. d. 43. §. 1. n. 3. Sanch. in decal. l. 2. c. 25. n. 2. Farin. de hæres. q. 189. n. 43. Filliuc. tr. 20. c. 9. n. 117. quorum sententiam etsi communem dicat Castrop. l. c. p. 19. §. 1. n. 2. valde tamen probabile esse ait contrarium, nempe irregularitatem hæresi occultæ annexam non esse, sed debere esse signo externo manifestatam, uti docent Sayr. l. c. l. 4. c. 11. n. 12. Laym. l. c. c. 4. n. 13. Barb. in remiss. Concil. Trid. Sess. 24. c. 6. v. hæresis. Avil. l. c. d. 4. du. 2. Reiffenst. b. 1. n. 72. eo quòd textus juris statuens hæresi irregularitatem, notorietatem illius exigunt, dum verba dirigunt, non ad ipsos hæreticos, sed ad Ecclesiæ pastores, ne hæreticos ad Ordines admittant, adeoque illis de hæresi constare debet. Extendere se hanc irregularitatem ad eos, qui exterius fidem negant, tamen interioriter eam retineant, tradunt Suar. cit. d. 43. §. 2. n. 1. Sanch. l. c. n. 6. Farin. de hæres. q. 192. n. 75. Bonac. de irregul. d. 7. q. 3. p. 7. n. 2. Majol. de irreg. c. 39. n. 2. &c. quam sententiam etsi communiorum dicat Castrop. l. c. n. 4. addit tamen, contrarium sibi videri probabile, pro quo citat Nav. l. c. consilior. tu. de hæresi. consil. 3. & Azor. p. 1. l. 8. c. 11. eo quòd c. presbyteros. dist. 50. in quo se fundant adversarii, nullum verbum habeatur, ex quo colligatur presbyterum illum fidem à fide apostatasse, cum poterat timore ductus verè seu ex animo abnegare fidem. Extendere se quoque hanc irregularitatem ad fautores, receptatores & defensores hæreticorum quæ talium, defendunt Sanch. Suar. Coninch. Bonac. n. citari & alii, contrarium tu-

entur, Henriq. *L. 14. c. 4. n. 6. Sa. v. irregularitas ex defectu anim. n. 2.* Castrop. *l. c. n. 5.* eò quòd in *c. 2. §. hæretici. de hæret. in 6.* quòd adducunt adversarii, ubi ii, eorumque filii usque ad secundam generationem prohibentur ad officium publicum admitti, per officium publicum non officium Ordinis sed jurisdictionis, ut est Magistratus, Notariatus, intelligatur. Item extendere se illam ad suspectos de hæresi, dum se ab ea suspiciõne non purgaverunt (secus est, si eam purgaverint, tunc enim citra dispensationem ad Ordines promoventur) docent Henriq. *l. c. Farin. l. c. n. 81. Suar. l. c. S. 2. n. 9. & 10.* Denique extendere se illam ad hæreticorum filios & eorum nepotes, si viò masculinâ descendant (non verò nepotes, sed solos filios, si lineâ femininâ descendant) tradunt ex communi Nav. *n. 205. Sanch. n. 7. Bonac. de irreg. d. 7. q. 3. p. 7. n. 9. arg. c. statutum de hæret. in 6.* ubi excluduntur ab officio & beneficio (quod fundamentum tamen infirmum esse ait Castrop. *l. c. §. 2. n. 1.* quia nomine officii publici intelligitur Officium jurisdictionis, ut gl. in *ca. c. Sayr. l. c. c. 10. n. 40. Tolet. & nos paulò supra*) extenditurque id ad filios illegitimos & spurios, Pegna *l. c. comment. 103. Covar. 2. var. c. 8. n. 3. Suar. Azor. & alii relati à Sanch. c. 27. n. 1.* cum nulla sit ratio, cur illi speciali privilegio gaudeant. De cætero, ut filii hi juxta communem sint irregulares, requiritur primò: ut nati sint ante delictum parentum. Henriq. *l. c. c. 5. n. 4. Less. L. 2. c. 34. n. 121. Sanch. l. c. n. 14. Castrop. l. c. n. 2. & c.* cum eo casu non sint formaliter filii hæreticorum. Secundò: ut notorium sit, parentes in hæresi decessisse. *cit. c. statutum. Sayr. l. c. n. 4.* nec satis sit, ut parentes decesserint ut suspecti de hæresi. Pegn. *q. 115. comment. 164. Farin. q. 191. n. 67.* Tertid: ut parentes decesserint infames ob hæresin, qualiter non decedunt in Germania aliisque regionibus, ubi hæretici cum Catholicis permixti vivunt. *Sa. l. c. n. 4. Sanch. n. 28. Henriq. l. c. in eo verò, num irregulares sint filii parentum, qui ob repetitum crimen combusti sunt, prius datis pœnitentiæ signis absoluti, etsi non solenniter, non conveniunt A. A. non esse irregulares, affirmant probabiliter plures, Simanc. de Cathol. Instit. tit. 19. n. 17. Henriq. l. c. Hurtad. diff. 3. n. 8. & c.* eò quòd ad hoc requiratur, ut parentes decedant non emendati & Ecclesiæ non reincorporati, quod videtur de talibus dici non posse; contrarium tamen esse de communiore & Praxi observata sententia, dicit Castrop. *l. c. n. 5.* citans pro ea Suar. *l. c. Pegn. l. c. comment. 164. Mol. Tom. 3. d. 658. n. 19. Azor. Tom. 1. L. 8. c. 13. post q. 9. Sanch. à num. 22.* eò quòd taliter conversi præsumantur in hæresi decedere, & fidei converti timore potius, nè vivi comburantur, quàm amore fidei, & quòd solennis & juridica absolutio videatur requiri, ut ab Ecclesia judicentur decedere ipsi reconciliati, & reincorporati. Demum ab irregularitate hac contrahenda aliisque pœnis jure statutis ex privilegio Pontificis excusari filios, si ipsi parentes hæreticos inquisitionibus denunciant, referunt Sanch. *c. 27. n. 51. Pegn. 3. p. director. c. 14. comment. 15. vers. in filiis. Farin. q. 192. n. 35. & alii apud Castrop. l. c. n. 8.*

6. Sextò: irregulares fiunt clerici violantes censuras excommunicationis, depositionis, interdicti, de quo vide me *hoc lib. tit. 27. per tot.* item suspensionis, de quo vide me *L. 1. q. 528.*

7. Septimò: ob homicidium injustum contrahitur irregularitas, de quo vide me, *h. t. q. 511. & seq.* qualiter verò in ea dispensare possit Episcopus, ego *tit. eod. q. 513.*

Quest. 516. An & qualiter citra delictum ex defectu lenitatis sive ex officio incurratur irregularitas?

1. **R** Esp. primò: an & quando ea incurratur à Prælate ecclesiastico habente jurisdictionem temporalem, dum is constituit Judices & ministros in causa sanguinis, dictum satis à me, *Lib. 1. q. 514. n. 1. in fin.* uti & quando ea incurratur à Judice ferente sententiam mortis, vel mutilationis, dictum à me *lib. 1. q. 514.* quibus adde, quæ de his habet Castrop. *tr. 29. d. 6. p. 14. §. 2. n. 1. & 3.* ubi etiam *n. 2.* cum Sayro *L. 6. thes. c. 16. n. 4. & Laym. L. 3. S. 5. tr. 3. p. 3. c. 7. n. 1.* quòd assessor Judicis, sive secularis, sive ecclesiastici sententiam sanguinis proferentis eadem cum hoc irregularitate involvatur, quia complet personam Judicis.

2. Resp. Secundò: qualiter irregularitatem incurrat testificans in causa sanguinis vel etiam civili, item Advocatus, consultor, confessor, resolutum à me *l. c. n. 2. & seq.* de quibus quoque vid. Castrop. *l. c. §. 2. & 3.*

Quest. 417. An & qualiter irregularitas inducatur ex defectu natalium, & quis in ea dispensare possit?

R Esp. irregulares censentur illegitimè nati. arg. *c. 1. de filiis presbyt.* inducã hac irregularitate partim in desertationem paterni sceleris, partim ob turpitudinis notam, quam tales contrahere solent juxta communem hominum existimationem, partim quia timetur, ne filius paternæ incontinentiæ imitator existat, ut gl. in *c. fin. de filiis presbyt. in 6. v. defectu*, nisi tamen tales per subsequens matrimonium legitimentur, arg. *c. conquestus. & c. tanta, qui filii sint legitimi.* vel nisi tales religiosi fiant, tunc autem ad Sacros Ordines, non autem ad Prælaturam admittuntur, *c. 1. de fil. presbyt.* vide me de hoc, *lib. 1. q. 628. n. 4.* ubi: quòd illegitimus ordinatus citra dispensationem sit irregularis, ministrando tamen in Ordinibus taliter susceptis de novo eam non incurrat, & *q. 629. n. 2.* ubi: quòd irregulares non sint, de quorum legitimitate dubitatur, eò quòd illorum pater & mater nesciatur, & quòd in irregularitate dubia ob defectum natalium possit Episcopus dispensare, non verò in notoria illegitimitate, indeque orta irregularitate, & *q. 632. n. 1.* quòd in ea in ordine ad functiones Ecclesiasticas dispensare possit solus Papa.

Quest. 518. Quinam irregulares sint ex defectu corporis, & quis possit in ea dispensare?

R Esp. Irregulares sunt, qui ita corpore vitiat, ut vel absolutè non possint petagere Ordinis ministeria, vel sine aliorum horrore. *can. illiteratos. dist. 39. juncta gl. v. imminutos. c. presbyterum c. tuanos. de Cler. agrot. v. g. cui medietas palmæ cum duobus digitis abscissa per prædonem, item cui oculus erutus. arg. c. si Evangelia. dist. 55.* item de eo, qui caret usu oculi sinistri, quem oculum canonicum dicunt, ita ut celebrans canonem missæ sine indecentia & non nisi nimiam faciei detorsione ad sinistram legere possit; secus est, de cæcitate oculi dexteri quòd ad usum & sine deformitate; secus quoque est, & irregularis non censetur, qui sex digitos in manu haberet, vel uno digito ex minoribus careret, aut gibbosus esset vel claudus, nisi gibbositas vel claudicatio seu incessus esset cum magna de-